





2V AESTIONES IVRIS
controversæ.

Quas

AVSPICE DEO,
Præside

CLARISSIMO ET
CONSULTISSIMO VIRO, DO-
MINO JUSTO MEIERO, JUD. RECTO-
re p. t. Academiæ Argentinensis magnifico, &
Professore celeberrimo, Præceptore & Pa-
trono perpetuò colendo,

*Publici exercitiij gratiâ d. 20. Augusti, horâ locoq;
solitis, discutiendas & examinandas
proponit,*

JOHANNES-ULRICUS FRID
ARGENTINENSIS.



ARGENTORATI,
Excudebat. JOANNES CAROLUS.

ANNO M. DC. XII.

173

26

1612, 3.



CLARISSIMO ET CONSUL-
tissimo viro, Domino STEPHANO
BERCHTOLDO, J. C. celeberrimo, &
Reip. Argentinensis Advocato pruden-
tissimo, Patrono & Cognato
sanctè pieq; colendo,

QUAESTIONES HASCE
MISCELLANEAS,

in
Literarij exercitij symbolum,

&
Debitæ observantiæ monumentum
D. D.

JOANNIS ULRICUS FRID.
Respondens.

174
QUAESTIONES JURIS
CONTROVERSARUM.

I.

Nobis controversias aliquot juris succincte proponentibus, primam quaestionem Interpretes suppeditant, disputando ad l. 31. ff. de LL. *Quomodo Princeps Legibus solutus esse dicatur* Varijs varie sentientibus. Legibus omnibus, sive à se, sive ab alijs latis, solutum eum esse defendimus. Summa enim Principis potestas non admittit, ut à minori in ordinem redigatur, ut quæ præest non subest, test. vir. Nobiliss. D. D. Georg. Obrecht. Mæcenate & Patrono grata & pia memoria colendo, in trit. disput. de regalib. thes. 546. Ex quo etiam loco Exceptiones hujus regulæ generalis petendæ.

II.

Communi opinione probatum est *Immobiliū possesores, iudicio conventos, suæ promissioni committi.* 1. ff. in l. 7. §. 1. num. 8. ff. qui satisf. cogant. VVesembec. in parat. num. 11. d. 2. per §. 2. Inst. de satisf. & l. 15. in pr. ff. d. 2. Male: Jurato enim promittunt, ut patet ex l. 26. §. 6. C. de episcop. audient. l. ult. in fin. princip. C. de princ. agent. in reb. lib. 12. l. 12. in fin. pr. C. de prox. sacr. scrip. lib. 12.

III.

Non eadem est omnium sententia, teste Fachinæo, lib. 1. contror. jur. c. 72. *An minor viginti quinq. annis restituendus sit adversus confessionem delicti, de quo convictus non est?* Neganti VVesembec. in paratit. nu. 5. ff. de minorib. 2. ann. subscribimus. Nulla enim deprecatio panæ est, si se minor annis adulterum fateatur, l. 37. §. 1. ff. de minorib.

IV.

Dubitatur. *Vtrum rei vindicatio, etiam obres incorporeales locum habeat?* Negantibus rursus adstripiamus. Quod *Senim rei vindicatio contra possidentem tantum datur,* ex l.

A 2 8.9.6.

8. 9 & passim ff de R. V. tunc in rebus incorporalibus utiq; cessabit, argt. l. 4. §. 27. ff. de usucap. §. 1. Inst. de action. verba corporalem.

V.

Usumfructum malè utendo amitti, Plerisq; placet, rest. Clariss. Dn. Præsidi, quæst. extraord. 26. Nos per. l. 1. §. 5. & 6. ff. usufr. quemd. cav. l. 9. §. ult. & l. 10. ff. de dam. infect. contrarium verius esse probare conabimur. d. quæst. 26.

VI.

Non convenit inter D D. quomodo in iudicio Familiæ Ericiscundæ, divisio hereditatis institui debeat, cessante maxime hac de re statuto vel consuetudine, *Vtrum res sorti debeat committi, an vero majori natu divisio, minori optio sit concedenda?* Quæstionem hanc ex earum numero esse, quæ probabiliter in utramq; partem disputari possunt, putamus: Legistarum tamen sententiam, quæ divisionem officio iudicis, optionem autem fortunæ committit, sequimur. per §. 20. Inst. de actionib. §. 4. Inst. de offic. jud. l. 3. in pr. C. com. de legat.

VII.

Propter diversas diversarum legum sententias dubitari potest. *Vtrum pater de peculio filij utiliter possit conveniri, si contra SC. Macedonianum filio mutua pecunia data est?* Et non posse placet, per tex. expressum, l. 6. C. de SC. Macedon.

VIII.

Peculium in genere contra communem, rectè dividi posse, in *Paganum, Castrense*, & quod medietatem inter utrunq; obtinet, hoc est *Quasi Castrense* asserimus. Adventitium sc: ad quasi Castrense referentes secus enim vix est ut absurdas quasdam illationes effugiamus: quarum demonstrationem ipsi *custodias* relinquimus.

IX.

Vtrum Mulier SC. Velleiano extra iudicium renuntiare possit, non omnium eadem est sententia. Affirmantium partes sequimur. Licet enim contrariæ sententiæ argumenta habeant.

176
habeant quid rationis, Consuetudo tamen & leges repugnāt:
Trentl. disp. 25. th 4. lit F. Illo tamen non neglecto, quod huma-
niter ab Interpp. receptum est, ut sc: mulier de jure sibi
competente in renunciatione admoneatur, *ibid.*

X.

Anxiè disputatur, *utrum juramentum maioris 25. an-
nis contractui adhibitum, auferat beneficium l. 2. C. d. re-
scind. vendit.* Nos ex diversis DD. sententijs, Alexand. in l.
61. ff. d. V. O. eligimus: docentem, læsum ultra dimidiam, ab-
solutionem à juramento petere posse, eâq; obtentâ, agere ad
rescisionem contractus, *Fachin. lib. 2. contro. c. 17.*

XI.

An dictum beneficium l. 2. C. d. rescind. vendit. empto-
rietiam, competat. Cujac. lib. 16. observat. c. 18. in dubium ne-
gando vocat. Quod ut affirmemus, facit tū eadem æquitas in
utroq; militans: tum maxima inter illos affinitas, in tantum se
extendens, ut Veteres etiam verbo venditionis, emptionem
contineri dixerint, l. 19. ff. d. act. empt.

XII.

Mulierem in persecutione dotis, anterioribus Creditori-
bus, expressam etiâ hypothecam habentibus, preferendam jure
civilis dicimus. Quod si enim præfertur ei, qui in refectioem
ædium credidit. Nov. 97. S. his consequens. multò magis priorem
hypothecam expressam habenti.

XIII.

Maximi momenti quæstio est: *utrum ab alio compres-
sa, pro virgine ducta, repudiari possit?* Posse asserimus. Quo-
modo enim (ut cū Imp. Leone Nov. 94. loquamur) vera sponsalia sunt,
in quibus nihil verum neq; genuinum conspicitur? ubi mere-
triciū se offert scelus? ubi causæ sunt dissidiorum & odij, ubi
animorum alienatio, quomodo ibi matrimonialis concordia,
quomodo purus sponsalisq; est amor? *de Novell. 93.*

A iij

XIIIE

XIV.

Multis itidem agitata Quæstio est: *utrum pater teneatur dotare filiam locupletem?* Affirmant. sententiam, nullo certo jure civili nisi existimamus. Cessante maxime hoc casu ratione, l. 20. C. de jur. dot.

XV.

Posthumum hodie exheredari non posse, verius putamus. Cum nemo exheredari possit, nisi certis ex causis ingratitudinis, Nov. 115. c. 3. Crudele autem esset, cum qui non lenit, ingratum existimari l. 33. §. 1. C. de in offic. test.

XVI.

De feudo. neminem testari posse, textus est c. 1. de success. feud. hinc quæritur *utrum feudo legato, hæres Legatario ad estimationem teneatur?* Negam. Legatum enim quod non valet inutile reputatur, & nullum producere potest effectum. Fachin. lib. 5. contr. c. 37.

XVII.

In difficili juris accrescendi materia dubium est. *Utrum inter verba tantum conjunctos jus accrescendi obtineat?* Non obtinere dicimus, nisi ex accidente, quatenus scilicet alij concurrentes, partes auferunt verbis conjunctis, pro ut est casus l. 89. ff. de leg. 3.

XVIII.

Ex diversa Zenonis legis, quæ est 6 C. ad SC. Trebell in interpretatione, dubium ortum *Utrum fructus imputentur in Trebellianicam, quando filius restituere hereditatem jussus est extraneo?* Dissidentibus DD. teste Ant. Gabrieli lib. 4. comm. concl. tit. ad Trebell. concl. 12. n. 5. Negantium nos cœtui includi volumus: partim propter favorem restituentis: partim, ne extranei conditionem meliorem quam filij faciamus.

XIX.

Utrum panâ, & quali plectendi sint illi, qui contra prohibitionem Principis in loco publico venantur, variè ab jurisconsultis disputatum. Rectè panâ hos affici, tanquam Legum trans-

transgressores, maximè si voluptatis causa hoc agunt; at minus rectè capitis pœna dicimus. Pœna enim commensurari debet delicto l. 22. C. de pœn. At nullam esse analogiam, vel proportionem inter feram captam, & capitis pœnam, quilibet, nisi *λογος*, fateri necesse habet.

XX.

Occasione l. 17. in pr. ff. de acquir. vel amit. poss. dubitant quoq; D D *Utrum vi dejectus animo possit retinere possessionem rei immobilis?* Negantium arridet sententia. Nam contra naturam est, ut homo intelligens, qui videt & intelligit se possessione sua dejectum, animo adhuc possideat: Rejecta imaginariâ illâ possessionis retentione: Non enim imaginari aureos montes, sed habere præstat.

XXI.

Nodosæ etiam quæstionis est, *Directum ne an utile usucapione acquiratur dominium?* Nec utile nec directum jure civili acquiri statuimus: sed acquiri plenum perfectum & civile: & acquiri hoc nō in triennali solū, sed & in decennali & vicennali usucapione. D D. Obrecht. p. m. in disp. de usucap. thes. 304. & seq.

XXII.

Perplexæ est disputatio propter textum obscurum l. 45. ff. de usur. *Quos fructus b. fidei possessor suos faciat.* Omnes omnino suos, siue sint industriali, siue naturales, siue etiam merè (quo divisionis membro ex aliorum potius, quàm nostrâ utimur sententiâ) naturales, suos facere, cum VVesenbecc. & alijs defendimus, per l. 48 ff. de acquir. rer. dom.

XXIII.

Argumento l. 38. ff. de O. & A. & l. 7. §. 12. ff. de pact. VVesenbeccius in paratit. num. 12. de V. O. probare conatur, *Stipulationem inter presentes scriptâ oratione rectè perfici.* Male. Stipulatio enim non potest confici, nisi utroq; loquente, *Ulpian. l. 1. in pr. ff. de V. O.*

XXIII.

Nunquam satis decisæ quæstio est, *Utrum vana in l. 5. C.*

ad

ad L. jul. majest. constituta, locum quoq; habeant in eos, qui Principes inferiores offendunt? Affirmantium opinionem juri civili magis consentaneam putamus, Principes enim partem corporis esse, & Imperatorem tanquam caput recognoscere, Comitia nostra imperialia satis probare videntur. Dissent. Fachin. cum alijs lib. 9. controv. c. 32.

XXV.

Controversia est inter Dylum & Bartolum ad l. 34 ff. de jur. fisc. An ob crimen lese majestatis ipso jure bona confiscentur? Negantem Bartolum sequimur, non obstante l. 20 ff. de accusat. l. ult. C. ad L. jul. majest. Reus enim lese majestatis Dominus est ante condemnationem, inquit Paulus in l. 15. ff. qui & a quib. manumiss.

XXVI.

Coronidis loco questionem illam adijcere placuit, Vtrum Constitutio auth. habita. C. ne filius pro pat. etiam ad Studiosos, qui in patria studijs invigilant, pertineat? Uiq; pertinere dicimus: militante se: eadem ratione in his, quæ in extraneis. Etiam si Bald. nu. 3. & 4. Salicet. nu. 2. jul. Pac. vers. tertio excipiuntur. Sichard. num. 9. ad d. auth. habita. verborum auctoritatem vel figuram potius secuti, contrarium senserint.

F I N I S.

ULB Halle
004 486 080


3



KOM







B.I.G.

Farbkarte #13

IVRIS 173

26

1612, 3.

MO ET
VIRO, DO-
U. D. RECTO-
lis magnifico, &
eptore & Pa-
endo,

ugusti, hora loco
aminandas

CUS FRID
S. I. S.



ATI,
S CAROLUS,

XII.

